

54.g.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae, Dux  
Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Mazoviae,  
Samogetiae, Livoniae et Princeps Transilvaniae

De litteris passus a Rege Poloniae concessis Antonio  
Possevino Internuntio aplice una cum Internuntio  
Ducis Moscoviae Moscoviam petenti.

Universis et singulis Palatinis, Castellanis, Ca-  
pitaneis, Vicecapitaneis, Proconsulibus, Consu-  
libus, Advocatis, Theloneatoribus pontium,  
et papuum Praefectis, et illorum locum te-  
nentibus sincere et fidelibus nobis dilectis gra-  
tiam nostram regiam. Sincere et fideles dile-

cti. Cum summus Romanus Pontifex apud  
nos partes suas interponeret, ut Internuntio  
suo venerabili Antonio Possevino in Mosco-  
viam eunti, et Thomae... Internuntio

1581  
110  
P. 12

Moscorum quae apud ejus Sanctitatem, mu-  
nere legationis functus est, ac ad Dominum  
suum una proficiscantur, litteras passus  
et salvi conductus per Regnum Poloniae,  
Magnum Ducatum Lituaniae, et alias  
provincias nostras daremus, quorum prae-  
sidio tuto, libere, secure per Regnum, et  
Dominia nostra in Moscoviam ire, et trans-  
ire possint, ejus Sanctitatis postulatis, er-  
ga quam cum in aliis semper, tum et in  
eo negotio obedientiam, et promptitudi-  
nem nostram testatam, et declaratam  
esse volumus, refragari non potuimus,  
itaque praesentes nostras salvi condu-  
ctus, et ut vulgo vocant, litteras passus  
venerabili Antonio Possevino Summi

Pontificis, et Thomae... Moscorum In-  
ternuntius datus, et liberam facultatem  
transeundi in ditionem Moschi concedi-  
mus. Quod ad omnium notitiam deducen-  
dum mandavimus universis, et singu-  
lis, ut praedictos Internuntios una cum  
servitoribus eorum, qui decenarium nu-  
merum non excedant, equis, et rebus illo-  
rum tuto et secure per omnia Dominia  
nostra ire, et transire permittant, neque  
illis molestiam aliquam in eundo, vel ser-  
vitoribus suis sub pena violati salvicon-  
ductus inferant. In cujus rei fidem prae-  
sentes manu nostra subscripsimus, et sigil-  
lo Regni nostri subimpresso communiter  
jussimus. Datum Vindobonae Die Duodecima

Majj Anno Domini MDLXXXI. Regni

vero nostri anno sexto.

Descriptam et recognitam ex autographis Litteris Stephani Regis  
Poloniae (nummata Di Pol. tom. 60. pag. 238.), quae adservantur  
in Tabulariis Secretior. Vaticanis. In quorum fide  
Dabam<sup>us</sup> XVI. Kal. Augusti MDCCCXXXVII.



M. Marini  
Tabul. S. R. E. Praefectus.